



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Vt mulieres pulchros pariant filios. Cap. XX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

opere, vel albis linteis, & vel ambinibus protegantur, vel
exiguis cancellis præpediantur, quo minus ijs locis fu-
giant, quum enim coitum ineunt, excubant, ouaq, fo-
uent, sic albicantem dabunt sobolem. Si vis

Columbae depictæ nascantur.

Modo vteris, qui ab Oppiano docetur. Tempore quo
vxores oscula maritis miscent, & Veneris desiderio mo-
uentur, columbarius pulcherrimas varias, præsertim
purpureas vestes in cōspectum earum exponat, quibus
illæ delectatae, pullos etiam eiusdem coloris edunt.

Hac eadem peragit, nonit quoq, callidus auceps,
Cui volucres cura sunt, & letalis arundo,
Atq, columbarum pullos hac arte figurant.
Sfragula flammeolis oculis, rubrosq, tapetes.
Et vestes ostro perfusas: bij: ut auceps,
Sic q, oculos pascens animos eludit amantes,
Et pullos edit rubeo discrimine mixto,

Canes villosi ut nascantur.

Cupientes mulieres, loca vbi iacent, coeunt, & versan-
tur canes illi, è pecudum velleribus, & pellibus cubilia
sternant, ita præ oculis semper habendo, filios iubatos,
vti leones ferunt. Id casu accidisse audiuimus, quod ia-
cens quotidie catella in mollibus arietis velleribus, fili-
os, qui postea concepti sunt, iubatos produxit.

Sues & petora alba producere

volentes bubulci, & subulci, cubilia, & stabula equorum
capitibus solo & cōpluuijs exalbificatis construxerunt,
& exornarunt, & inde nati sues, & pecora alba fuere.

Ut mulieres pulchros pariant filios. C A P. XX.

EX his quæ diximus facile quisq; poterit hæc eadem
in humanum genus traducendo, pulchros filios
producere. Imò hæc quæ dicimus casu euenis tradun*t*
scriptores, vnde memorie mandandum iudico, &
quod maxime salutare remittitur esse: vt in magnatum cu-
libus, & prospectu, Cupidinis, Adonidis, & Gani-

medis imagines propendeant, vel materia parentur solida: vnde Venetem exercentes, uxores animo eas versent, immo fortissima imaginazione animus rapiatur, & grauidæ diutius eas contemplentur, sic partus inde conceptus eam formam imitabitur; quam ipsæ coeuntes, & utero gerentes mente conceperint. Nec parum id profuturum scio. Quam id saepius præcepisse, audiuit quædam mulier pulchros filios parere percupiens, statimq; candidum, marmoreum puerum, beneq; formatum ante oculos sibi proposuit, talis enim formæ puerum exoptabat, coeundo, & utero gerendo, quam saepissime animo eum volutabat, enatumq; postea fœtum ostendit mater obesulum, nec à marmoreo simulacro dissimilem, sed ita pallentem, ut verum imitetur marmor, & veritatis experientia patuit. Aliquæ antifacio laudatæ sunt, successusq; fuit. Oppianus de eis:

*Ipsa solent etiam sepe usurpare Laconas,
Dum uxores cernunt utero catulire tumenti,
Eximia pictas tabulas, & splendida ponunt,
Quiaq; hominum genera effulserunt inter ephelos,
Nirea, Narcissum, bellantemq; Hyacinthum,
Atq; adolescentes facie, membrisq; decoros,
Egregiosq; Deos, qualis Tymbreus Apollo
Conspicua lauro redimitus, qualis & Euan,
Cingens pampineo fusos diadematæ crines.
Dum tabulas lustrant oculus, formasq; venustas,
Attonite parvunt formosos ore Lacene.*

Quomodo mares, vel fœminæ gigni possint.

CAP. XXI.

EMEDOCLES mares, aut fœminas pro caliditate, frigiditateq; gigni dixit, indeq; esse quod perhibent primos olim mares ad exortum, & Meridiem terraenatos, fœminas vero ad Septentrionem. Parmenides vice versa ad Septentrionem mares enatos, quippe qui spissitudinis plus habeant, contraque ad Meridiem fœminas, utpote solutiiores. Hippanax prout coibile, validumq; fuerit semē, fluxum ve, aut languidum, mares aut fœminas gigni. Anaxagoras, Parmenides quod à dex-